



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Nauigium impetrat. 57

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

brantis vim Senator: Sed damnato confestim lectulo properat surgere; metuque plenus domo egreditur; & contabundus ad S. Marci forum denique defertur. I G N A T I O ibi humi reperto, & hunc utique esse, quem cælestia portenta prodidissent, videns; secum in ædes perducere, lauteque & humanè complexum, vehementer suspicere cæpit. Sed ille honoris fugiens, mox à nobiliori hospite, ad hominem Hispanum familiariter inuitantem deuertit. 57 Sub hæc cognoscit, necessum esse, ut, nauigij impetrâdi, Andreã Grittum a deat; virum eius tunc Reipub. principem. Quicum facile conuenit, ut, dato negotio, in prætoriam nauim gratis imponeretur. Ea erat designatus Insulæ Prætor, in Cyprum transmissurus. Illo diei momento, febris incommodum æstuabat, & à phar-

C maco

maco fortè hausto vix etiamdum abierat, cùm nuntiatur nauigationem properari. Medici proinde negare, rectè facturum, si cõscenderet; & rem periculi compertam dicere. At ille morem potiori medico gerens, proficiscitur; & secus quã oës metuerant, integrè conualefcit. 58 Inter nauigandũ mala facinora fiebãt multa; quæ IGNATIUS, pro suo in Deum studio, liberius vindicabat, quàm vt vectorum aures paterentur. Eò constituerunt nauitæ illum aliqui in insula vspiam deserta exponere, & clanculò incautum relinquere. Nec longè iam à scelere aberant, cùm subita se procella in nauim intulit, magnoque illam impetu in altum reiecit. Itã ventis pro IGNATIO dimicantibus, portum nefarij consilij tenere nequierunt. 59 Per eos dies sepè Christ⁹ illi cõspicius fuit, & mirifica voluptate